

**Zeitschrift:** Mitteilungen der Naturforschenden Gesellschaft Bern  
**Herausgeber:** Naturforschende Gesellschaft Bern  
**Band:** - (1852)  
**Heft:** 260-261

**Artikel:** Diagnosen neuer Mollusken  
**Autor:** Shuttleworth, R.J.  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-318387>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 14.03.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

**R. J. Shuttleworth, Diagnosen neuer Mollusken.**

(Vorgelegt den 4. December 1852.)

Durch freundschaftliche Mittheilungen der Herren Moquin-Tandon in Toulouse, und Barthelemy-Lapommeraye, Director des Museums in Marseille, welche mir die aus den Canarischen, Azorischen und Cap-Verd'schen Inseln herstammenden Mollusken ihrer Sammlungen zur Untersuchung mit grosser Zuvorkommenheit anvertraut haben, bin ich in Stand gesetzt, nicht allein mehrere neue Arten zu beschreiben, sondern auch manche Zweifel in Betreff des Vorkommens und der Verbreitung der älteren Arten zu lösen. Besonders wichtig und erwünscht waren mir die beiden obengenannten Sendungen, da die meisten Exemplare der darin enthaltenen Arten aus den Händen der Herren Webb, Terver und Michaud stammen, und also für die Canarische Fauna als authentisch anzusehen sind.

Einstweilen will ich nur die neuen Arten begründen, indem die Kritik der älteren Arten in der baldigst erscheinenden Monographie besser Platz finden wird.

Zuerst muss es mir erlaubt sein, einige Versehen und Irrthümer der früheren „Diagnosen“ zu verbessern.

In Nr. 241 und 242 der „Mittheilungen“ dieses Jahres, Seite 144 (Diagnosen I, Seite 10), ist statt *Bulimus nanus* Shuttl., ***Bulimus nanodes*** Shuttl. zu lesen, da Reeve eine gleichnamige Art schon aufgestellt hat.

In Nr. 248 und 249, Seite 200 (Diagnosen II, Seite 20), statt *Bulimus Auris-Muris* Shuttl., wegen Moricands wohlbekannter Art, ***Bulimus Auris-Myoxi*** Shuttl.; ferner im gleichen Hefte, Seite 197 und folgende, überall statt *Cordova*, ***Cordova***.

---

(Bern. Mitth. December 1852.)

### **Helix Discobolus Shuttl.**

Testa anguste sed profunde umbilicata, depressissima, discoidea, acutissime carinata, solidiuscula, grosse plicato-costulata, cornea; spira vix elevata; anfr. 6, plani, sensim accrescentes, supra carinam compressam in anfr. fere omnibus conspicuam subimpresso-lineati, basi circa umbilicum obtuse angulati, ultimus basi paululum ventrosior, antice non descendens nec deflexus; apertura angulato-lunaris; perist. acutum, marginibus callo tenui junctis, superiore recto, basali reflexiusculo, ad columellam incrassato et tuberculo parvo subdentiformi munito.

Diam. maj. 18, min.  $16\frac{1}{4}$ ; Alt.  $7\frac{1}{2}$  mill.

*Syn. Helix afficta* Orb. Can. p. 66, tab. 3, f. 24—26: non Fer.

*Hab.* In Ins. Canariis: Gomera (Orb.) — Madera (sed certe falso) secundum schedulam coll. cl. Moquin-Tandon.

*Obs.* Specimen unicum adest, omnino cum icone Orbignyana quadrans, nec ullomodo cum *H. afficta* Fer., ex Insula Palma a Blaunero missa, confundenda. Differt ab *H. afficta* testa duplo fere majore, carina acutiore et sculptura. Umbilicus quasi terebellatus.

### **Helix Melolontha Shuttl.**

Testa semi-obtecte perforata, globoso-pyramidata, confertim et valide striata, lineisque spiralibus granuloso-decussata, angulata, ad angulum sub lente serie conferta tuberculorum albidorum marginata, solida, absque nitore: superne atrofusca, maculis grandibus flammulisque parvis albidis irregulariter notata, subtus cornea, ad peripheriam fascia albida inferne atrofusco-marginata ornata; spira elevata, obtusiuscula; anfr. 6, convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus antice vix descendens, versus aperturam pallidus; apertura depresso-lunaris, intus calloso-labiata; perist. album, margine superiore simplice acuto, basali reflexiusculo ad columellam breviter dilatato, perforationem semi-occultante.

Diam. maj. 9, min. 8; Alt. 7 mill.

*Hab.* In Ins. Canariis (Mus. Massiliense).

*Obs.* Specimen unicum vidi. Affinis videtur *H. leprosa* Shuttl., sed testa solida et sculptura eximia summopere distincta. Maculae albae majores, ex innovationibus testae (peristomata incompleta testae junioris) ortae, fere ut in *Ranella* varices, vel potius maculae laterales in *Scarabo*, utrinque sed irregulariter coordinatae sunt.

### **Helix Umbicula Shuttl.**

Testa perforata, semiglobosa, confertim costulato-striata, tenuiscula, sordide albida, fasciis 2 angustis interruptis maculisque

corneo-fuscis notata, subtus læviuscula, nitidula; spira depresso globosa, obtusa; anfr. 6, convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus obsolete obtuse angulatus, antice vix descendens; apertura rotundato-lunaris; perist. intus calloso-labiatum; margine superiore acuto, basali præsertim ad columellam subdilatato, perforationem vix semi-occultante.

Diam. maj. 9, min. 8; Alt.  $5\frac{1}{2}$  mill.

Syn. *Helix Roseti* Pf. in Chemn. ed. II, p. 255, tab. 37, f. 19—20.

„ „ Pf. Hel. I, p. 156, N<sup>o</sup> 403 (excl. syn. plur.).

„ *phalerata* Pf. in Chemn. ed. II, p. 393 (Nachtrag)  
non W. et B.

*Hab.* In Ins. Canariis (Mus. Massiliense).

*Obs.* Ad specimen unicum, a figura laudata tantummodo spira minus elata recedentem, descripta. Species certe distincta, vix cum *H. monilifera* confundenda, a qua differt sculptura, testa tenuiore et perforatione aperta. *H. phalerata* W. et B., secundum diagnosim, valde differt, et forsân jure cum *H. Nivariensi* nostra ab Orbigny conjuncta.

### **Helix cœmentitia** Shuttl.

Testa anguste sed pervic umbilicata, depresso semigloboso-conoidea, carinata: carina versus aperturam evanida, plicato-costulata, solida, vix nitens, sordide cinerea, corneo marmorata, ad peripheriam fascia unica fusco-rufa maculis albis interrupta ornata; spira depressa, obtusiuscula; anfr. 6, lente accrescentes, vix convexiusculi, ultimus antice breviter deflexus; apertura valde obliqua, rotundato-lunaris, intus fusco-fasciata; perist. intus calloso-labiatum, marginibus callo albo junctis, superiore simplice acuto, basali reflexiusculo, ad columellam breviter dilatato.

Diam. maj.  $11\frac{1}{2}$ , min.  $10\frac{1}{2}$ ; Alt.  $6\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* In Ins. Canariis (Mus. Massiliense).

*Obs.* Specimina 2 vidi, testa paululum depressiore varia. *H. Nivariensi* affinis, sed testa depressiore et umbilico aperto distincta.

### **Helix marcida** Shuttl.

Testa semi-obtecte perforata, depresso-globosa, minute granuloso-striata, pilis brevibus densis velutino-hispidula, nisi versus aperturam obtuse angulata, tenuis, pellucens, pallide cornea; spira depresso conico-globosa, apice obtusa; anfr. 6, sensim accrescentes, convexiusculi, ultimus basi subinflatus; sutura satis profunda; apertura rotundato-lunaris; perist. — ? (incompletum).

Diam. maj.  $15\frac{1}{2}$ , min. 13; Alt. 9 mill.

*Hab.* In Ins. Canariis (Mus. Massiliense).

*Obs.* Etsi specimen unicum et incompletum tantum adest, speciem

distinctam et nondum descriptam præterire nolui. Proxime sine dubio *H. hispidulæ* Lam affinis videtur, differt tamen ab ea dimensionibus valde alienis, testa tenuiore et indumento breviori ac densiore.

### **Helix Myristica** Shuttl.

Testa obtecte perforata, solida, globosa, plicato-costulata: nucleo minutissime granulato, opaca, sordide rufo-brunnea, fasciis plurimis fuscis subinterruptis obsolete notata, subtus pallidior; spira globosa; anfr.  $4\frac{1}{2}$ , convexiusculi, ultimus magnus, rotundatus, subinflatus, ad aperturam constrictus, antice valde deflexus; apertura subhorizontalis, transverse subovalis; perist. sordide album, incrassatum, expansum, breviter reflexum, marginibus callo denso connexis, basali appresso.

Diam. maj. 17, min.  $13\frac{1}{2}$ ; Alt.  $10\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* In Ins. Promont. Viridis (Terver in coll. Moquin-Tandon).

*Obs.* Ab *H. advena*, pro cuius varietate striatula habuit cl. Terver (secundum schedulam in coll. Moquin-Tandon), differt nostra species, testa solida, sculptura, peristomate valde incrassato et callo aperturali. An vera incola Insularum Promont. Viridis? annon potius Canariensis? *H. Gyrostoma* Fer. (Hist. tab. 32, f. 5, 6) ab Orbigny cum *H. advena* comparata, species videtur omnino distincta et mihi hucusque ignota.

### **Helix Maugeana** Shuttl.

Testa obtecte perforata, tenuis, globoso-depressa, flavescens-fusca, fasciis fuscis obsolete ornata, tenuiter plicato-striata et reticulatim-malleata, sub lente minute et creberrime granulata, nitidiuscula; spira subdepressa; anfr.  $4\frac{1}{2}$ , convexi, ultimus antice subgibboso-inflatus, demum subito deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. leviter expansum, reflexum, album, marginibus subparallelis, basali paululum dilatato calloso.

Diam. maj. 21, min. 16; Alt. 11 mill.

*Hab.* In Ins. Canariis (Cuming).

*Obs.* Jamdudum specimina nonnulla incompleta hujus speciei accepimus, at nuperrime specimen perfectum nomine *H. Gaudryi* Orb. benigne communicavit cl. Cuming. Cum *H. Gaudryi* Orb., nobis tantum descriptione et icone cl. auctoris nota, nullomodo confundenda, sed verosimiliter a cl. Pfeiffer in Chemn. ed. II pro specie Orbignyana descripta et delineata fuit. Nec in collectione cl. Moquin-Tandon, — nec in ea Musei Massiliensis (olim Terveriana), vestigium ullum *H. Gaudryi* invenimus.

### **Bulimus encaustus** Shuttl.

Testa rimata, elongato-oblonga, solida, obsolete et irregulariter plicato-striatula, nitidissima, lactea, opaca, strigis fusco-corneis pellucidis subexcavatis maculata; spira subattenuata, apice obtusiuscula; anfr. 7, convexiusculi, ultimus  $\frac{2}{5}$  longitudinis æquans, basi subcompressus; columella strictiuscula; apertura oblonga, parum obliqua, intus fusca; perist. valde calloso-incrassatum, album, modice expansum, margine columellari strictiusculo dilatato-patente quasi abscisso basi subeffuso.

Diam. 5; Alt.  $14\frac{1}{2}$  mill. : Apert. 5 mill. longa,  $3\frac{1}{4}$  lata.

*Syn.* *Bulimus variatus* Shuttl. in litt. p. parte (non W. et B.).

*Hab.* Sub foliis Crassulacearum et in fissuris rupium, Insulæ Palma, legit Blauner, rarius.

*Obs.* Imprimis hanc speciem pulcherrimam pro varietate vel forma normali *B. variati* W. et B. habui, sed ex investigatione coll. amic. Moquin-Tandon et Musei Massiliensis speciem distinctam constituere persuasus sum. Tres vel quatuor species sub nomine *B. variati* (olim et a meipso) confusæ sunt, nempe :

<sup>10</sup> *B. encaustus* supra descriptus.

<sup>20</sup> *B. variatus* W. et B., a priore testa graciliore, tenui, pellucente, maculis flavescens ornata vel immaculata, anfr. convexioribus et apertura angustiore facile distinguenda : occurrit autem in formis 2, nempe gracilior ac elata, et minor, obesior.

<sup>30</sup> *B. roccelicola* W. et B., a forma minori præcedentis præsertim apertura magis obliqua distincta, ulterius forsan cum ea conjungenda.

<sup>40</sup> *B. Moquinianus* W. et B., cujus icon apud Reeve Mon. Bul. tab. 66, N<sup>o</sup> 461, nomine *B. variatus* exstat.

### **Achatina (Zua) Tandoniana** Shuttl.

Testa ovato-oblonga, solidula, lævigata, corneo-lutescens; spira superne conica, obtusa; sutura linearis, albido-marginata; anfr. 6-7, supremi planiusculi, lente accrescentes, penultimus et ultimus rotundati, rapide descendentes, ultimus spiram æquans, basi vix attenuatus; columella brevis, callosa, parum arcuata, vix obsolete truncata; apertura obovata, superne subangustata, edentula; perist. rectum, marginibus callo tenui junctis.

Diam. 2, Alt.  $4\frac{1}{2}$  mill. : Apert. 2 mill. longa, 1 lata.

*Syn.* *Achatina Paroliniana* W. et B. Can. tab II, f. 29 (non *Bulimus Parolinianus* Orb. Can. tab. III, f. 27, nec *Achatina Paroliniana* W. et B. Ann. Sc. N. 1833, t. 28, p. 320).

*Bulimus pulchellus* Moquin-Tandon in sched.

*Hab.* In Ins. Canariis — „Pico Branco“ (Webb. in coll. Moquintandon).

*Obs.* Cum *Achatina gracili* Lowe, quaecum comparavit cl. Moquintandon, non confundenda, nec cum aliis speciebus hujus generis in insula Madera occurrentibus identica. Ab *A. Paroliniana* apertura edontula summopere distincta.

### **Pomatias Barthelemianum Shuttl.**

Testa obtecte vix perforata, conico-turrita, argute sed valide costulata, cinerascens-alba, maculis luteis seriatis obscure notata; spira elevata, conico-acuminata, apice obtusiuscula; anfr. 8—9, parum convexi, ultimus basi rotundatus; apertura verticalis, ovali-rotundata; perist. inconspicue duplicatum: internum continuum, anfr. penultimo appressum, externum incrassatum modice expansum, margine superiore adscendente attenuato nec auriculato, columellari breviter revoluto et quasi exciso.

Diam. 4, Alt. 10 mill.: Apert. circa 3 mill. lata.

*Hab.* In Insulis Canariis (Mus. Massiliense).

*Obs.* Specimen unicum adest, *P. tessellato* Wieg. quam maxime affine, sed peristomatis margine superiore non auriculato sed in anfr. penultimo adscendente et appresso, facile distinguendum. Ad *P. tessellatum* Wieg. referenda videtur species sub nomine *P. affine* ex Syria a Parreyss olim accepta.

---

Nach obigem Zusatz zur Fauna der Canarischen Inseln, lasse ich einige Diagnosen unbeschriebener Arten meiner Sammlung, aus verschiedenen Ländern herstammend, folgen.

### **Helix Corsica Shuttl.**

Testa anguste et semi-obtecte perforata, depresso conico-globosa, striata, tenuissime hispidula, obscure angulata, tenuis, subpellucida, rufescenti- vel lutescenti-cornea, absque nitore; spira subconica, apice obtusiuscula; anfr. 5, sensim accrescentes, medio planiusculi, ad suturam mediocrem convexi; apertura rotundato-lunaris; perist. acutum, simplex, vix subpatulum, concolor, margine columellari breviter reflexo, perforationem semi-occultante.

Diam. maj. 15, min. 13; Alt. 9½ mill.

*Syn.* *Helix Corsica* Shuttl. in Bern. Mittheil. 1843, p. 15.

*Hab.* Rarius prope Aleriam in Corsica, et etiam in Sardinia (Blauner).

*Obs.* Species certe *H. lanuginosæ* Boissy proxime affinis, sed ut videtur satis distincta, testa majore (in *H. lanuginosa* Diam. maj. 12, min. 10 $\frac{1}{2}$ ; Alt. 8 mill.) et pro magnitudine depressiore, satis grosse striata, angulo anfr. ultimi magis conspicuo, indumento tenuiore, et peristomate nunquam roseo, vix ac ne vix patulo.

### **Helix perlevis** Shuttl.

Testa subobtecte angustissime perforata, globosa, striatula, pilis minutis fugacissimis sparse et vix conspicue induta, tenuissima, pellucida, pallide cornea, versus aperturam erubescens, nitidiuscula; spira globosa, elata, apice papillari; anfr. 6, sensim accrescentes, convexi, ultimus eximie rotundatus; apertura rotundata; perist. acutum, rectum, intus callo tenuissimo labiatum, margine columellari breviter dilatato-reflexo, perforationem subtegente.

Diam. maj. 14, min. 12; Alt. 11 mill.

*Hab.* Tam in Corsica quam in Sardinia cum præcedente rarius occurrens (Blauner).

*Obs.* Globosior ac major quam affines (*H. concinna* Teffr., *H. Moutoni* Mittr. etc.), ab omnibus perforatione angusta et subobtecta distincta; præcedenti etiam affinis, sed iisdem notis et anfr. ultimo nullomodo angulato facile distinguenda. Specimina ultra 6 vidi.

### **Bulimus putillus** Shuttl.

Testa rimato-perforata, fusiformi-oblonga, subtilissime oblique striatula, rufescens, nitidula; spira elongato-conica, apice obtusa; anfr. 6, convexi, ultimus vix  $\frac{1}{3}$  longitudinis æquans; apertura ovalis, vix obliqua, in anfr. penultimo juxta insertionem marginis dextri peristomatis tuberculo albo punctiformi munita; perist. late expansum, valde calloso-incrassatum, fuscum, margine dextro valde curvato.

Diam. 2 $\frac{1}{4}$ , Alt. 5 $\frac{1}{2}$ —6 mill. : Apert. 1 $\frac{1}{2}$  mill. longa.

*Hab.* Copiosissime in Insula Gorée (Verreaux).

*Obs.* Species secundum systema el Pfeifferi inter Pupas, sed me judicii potius inter Bulimos cum Pupa fallace Say (*Bulimus marginatus* Charp), pacifica Pf., et aliis affinibus inserenda. Affinis etiam *B. Astieriano* Dupuy videtur. Differt nostra species a *B. marginato* et *Astieriano* tuberculo parietali, et a *P. pacifica*, quacum tuberculo convenit, peristomate late expanso. Aliam speciem, forsan indescriptam, in Haiti lectam, possideo, a *B. marginato* vix distinguendam.



### **Pupa pleurophora** Shuttl.

Testa minuta, rimato-perforata, breviter ovata, tenuis, vix striata, lamellis tenuissimis remotis, interdum evanidis, exinie costulata, rufescenti-castanea, subpellucida, vix nitens; spira rotundata, obtusa; anfr. 5, valde convexi et subinflati, ultimus basi rotundatus; sutura profunda; apertura rotundato-subauriformis, 7-plicata: plica angulari valida, parietali valde elevata subimmersa, columellaribus 2, superiore valida, inferiore parva, palatalibus 3 immersis, media minore; perist. expansum, calloso-labiatum, albidum, margine dextro superne angulato-sinuoso infra sinum subtuberculato.

Diam.  $1\frac{1}{3}$ , Alt. circa 2 mill. : Apert.  $\frac{3}{4}$  mill.

*Hab.* In insulis Marquesas et Taite, consortio sequentis et Hydrocœna minutissimi Sowb, copiose (Verreaux).

*Obs.* Forma et sculptura Pupæ lyratæ Gould in Proceed. Bost. Soc. I. p. 139 (1843) et Bost. Journ. IV, t. 16, f. 16, ex Ins. Sandwich, affinis; sed species Gouldiana plicis valde alienis et testa sinistrorsa omnino distincta est.

### **Pupa Pediculus** Shuttl.

Testa minuta, ovato-oblonga, tenuis, vix striatula, pellucida, hyalina; spira obtusa; anfr. 6, convexi, ultimus basi vix compressus; sutura profunda; apertura rotundato-subauriformis, 5-plicata: plica angulari valida flexuosa immersa et antice subemarginata, columellari 1 satis valida, palatalibus 3 immersis, media validiore; perist. tenue, breviter expansum, margine dextro superne rotundato-subflexuoso medio cum columellari subparallelo.

Diam.  $1\frac{1}{4}$ , Alt.  $2\frac{1}{2}$  mill. : Apert. vix 1 mill. longa.

*Hab.* Cum præcedente (Verreaux).

*Obs.* Specimina ultra 12 comparavi. Species P. armiferæ et præsertim P. rupicolæ Say affinis, a priore statura multo minore et plica columellari lamelliformi nec crassa subtriangulari, ab altera, quacum dentibus convenit, testa pro magnitudine crassiore ac brevior, ac spira non attenuata. Cum Pupa corticaria Say nullomodo confundenda.

### **Cylindrella filicosta** Shuttl.

Testa truncata, rimata, fistulata (axi spiræ, nempe, penitus tubulata, ad basin rimatim clausa, ad apicem truncatum aperta), turrato-cylindrica, medio paululum ventrosior, tenuis, remote sed regulariter costulata: costulis rectis filaribus pallidis in anfr. ultimo antice confluentibus, interstitiis minutissime transverse ruguloso-striatis, sericeo-nitens, rufescenti-cornea; anfr. 12—13, convexi, sensim accrescentes, ultimus antice breviter solutus et horizontali-

ter productus, superne ad latus dextrum subangulatus; sutura medioeris; apertura vix obliqua, irregulariter rotundato-ovalis; perist. obtusum, subincrassatum, reflexiusculum, margine superiore subhorizontali.

Diam. maj.  $7\frac{1}{2}$ , min. ad trunc.  $4\frac{1}{2}$ ; Alt. 24 mill. : Apert. 4 mill. lata.

*Hab.* Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod).

*Obs.* Affinis *C. tomacellæ* et *fistularis* Morelet (*C. Moreletii* Desh. in *Fer. Hist.* II, p. 227, tab. 164, f. 16—18), ab utraque sculptura distinctissima.

### **Cylindrella Rugeli Shuttl.**

Testa gracilis, integra, fusiformis, medio ventrosa, superne valde et rapide attenuata, tenuiter et remotiuscule costulato-striata, sordide carnescens, strigis pallide fuscescentibus hinc inde marmorata; spira apice papillari; anfr. 14, convexiusculi, ultimus disjunctus, deorsim longe productus, vix angulatus; apertura obliqua, subcircularis; perist. breviter reflexum.

Diam.  $1\frac{2}{3}$ , Alt.  $9\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* Ad rupes in valle Yumury prope Matanzas, Cuba (Rugel).

*Obs.* Affinis *C. porrectæ* Gould.

### **Cylindrella marmorata Shuttl.**

Testa gracilis, integra, fusiformis, medio ventrosa, superne rapide attenuata, vix obsolete striatula, pallide carneo-cornea, strigis corneo-fuscis marmorata, nitidiuscula; spira apice papillari; anfr. 14, convexi, ultimus disjunctus, deorsim oblique productus, circa aperturam tenuiter costulatus, non angulatus; apertura obliqua, circularis; perist. latiuscule expansum, vix reflexum.

Diam. fere 2, Alt.  $9\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* In Cuba, cum præcedente.

*Obs.* Præcedenti affinis, sed distinctissima.

### **Cylindrella scalarina Shuttl.**

Testa gracilis, integra, ovato-fusiformis, superne subito attenuata, costis latis lamellosis crispatulis distantibus eximie ornata, albida, concolor, absque nitore; spira superne subcylindrica, apice latiuscule papillari; anfr. 16, convexissimi, ultimus disjunctus, deorsim oblique productus, non angulatus; apertura obliqua, circularis; perist. latiuscule expansum, breviter reflexum.

Diam.  $2\frac{2}{3}$ , Alt.  $10\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* In valle Yumury, Cuba, copiosissime.

*Obs.* Species distinctissima, pulcherrima, sed præcedentibus affinis.

## CYCLOSTOMACEA.

Obwohl in den folgenden Beschreibungen die von Gray zuerst vorgeschlagenen und von Pfeiffer in letzterer Zeit weiter ausgebildeten generischen Trennungen der alten Gattung *Cyclostoma* einstweilen beibehalten werden, kann ich nicht umhin diesen Anlass zu benutzen, die Ueberzeugung auszusprechen, dass diese Trennungen auf ganz falschen, rein künstlichen und höchst widernatürlichen Grundsätzen beruhen. Streng genommen einzig und allein auf der Bildung des Deckels beruhend, mit wenigen Ausnahmen keine Notiz nehmend von allgemeinen Uebereinstimmungen in Form, Bau, Lebensart oder geographischer Verbreitung, kann dieses System vor einer gesunden Kritik nicht bestehen. Dass der gelehrte Verfasser der »*Monographia Pneumonopomorum viventium*« dieses selbst einsieht, scheinen mehrere zerstreute Bemerkungen in seinem neuesten eben benannten Werke zu beweisen. Als Beweis meiner Ansicht sei es mir erlaubt, nur zu fragen, ob ein System den geringsten Anspruch auf Natürlichkeit machen darf, worin solche Arten, wie *Cyclostoma stramineum* Reeve, *translucidum* Sowb., *incomptum* Sowb., *ponderosum* Pf., *texturatum* Sowb., und *Dysoni* Pf. — von *C. Inca* Orb. und *Blanchettianum* Moricaud etc. etc. nicht zu sprechen — alle in der Form und Sculptur mit einander übereinstimmend und wahrscheinlich zur gleichen Fauna gehörend, in drei verschiedene Gattungen eingetheilt werden, nämlich die zwei ersten in *Cyclotus*, *C. incomptum* in *Pterocyclos*, die anderen in *Cyclophorus*: oder wenn, bei Aufstellung von nicht weniger als 29 Gattungen, solche Typen, wie *Cyclostoma Cuvierianum* Petit, *elegans* Müll., *tectilabre* C. B. Adams,

und rugulosum Pf., in einer und derselben Gattung — Cyclostomus — gelassen werden.

Fern sei es von mir zu behaupten, dass Natur und Bildung des Deckels ausser Acht zu lassen seien; im Gegentheil bin ich völlig überzeugt, sie werden dienen, in Verbindung mit andern Kennzeichen, und mit steter Berücksichtigung der Lebensart und Verbreitung, sehr gute, natürliche, aber ganz verschiedene generische Zusammenstellungen zu bilden.

Es sei mir hier ferner erlaubt, gegen die Einzwängung des Canarischen *Hydrocœna Gutta*, mit einem „*Peristoma simplex, rectum, disjunctum*“ in der Neuseeländischen Gattung *Realia*, in deren Diagnose ein „*Peristoma continuum, duplex*“ stipulirt wird, förmlich zu protestiren.

### **Cyclostoma (*Cyclophorus*) Cayennense Shuttl.**

Testa latiuscule umbilicata, conoideo-orbiculata, solida, pliculis obliquis undulatis et anastomizantibus foveolata, olivaceo-cornea; spira breviter conoidea, obtusiuscula; anfr. 4, convexi, sensim accrescentes, ultimus rotundato-subinflatus; apertura fere verticalis, subcircularis, apice subangulata; perist. simplex, acutum, continuum, margine superiore producto subinflexo ad insertionem profunde exciso, columellari subincrassato recedente. Operculum tenue, corneum, arectispirum, extus concavum.

Diam. maj. 21, min. 15; Alt. 15 mill. : Apert.  $10\frac{1}{2}$  mill. long.,  $9\frac{1}{2}$  lata.

*Hab.* Cayenne (Verreaux).

*Obs.* Specimina 3 vidi. A *C. ponderoso* Pf., texturato Sowb., et stramineo Reeve, speciebus sculptura simili gaudentibus, excisione marginis dextri peristomatis optime distinctum, excisione autem cum *C. incompto* Sowb., ex icone et descriptione, congruens.

### **Cyclostoma (*Cyclophorus* vel *Leptopoma*) Thersites Shuttl.**

Testa anguste umbilicata, depresso-turbinata, gibba, tenuiscula, acute carinata, oblique striatula, superne lineis 3–4 remotis elevatioribus circumdata, albida, flammulis angulatim flexuosis fuscorufis, vel fusco-rufa, flammulis albis fulgurata; spira conica, acuta,

apice fusco-purpurea; anfr.  $4\frac{1}{2}$ , convexiusculi, ultimus antice leviter et sensim descendens, dorso imprimis gibbus, deinde applanatus, versus aperturam rotundatus; apertura subcircularis intus cærulescens; perist. album, duplex: internum connexum, appressum, externum breviter expansum, reflexiusculum, margine superiore subdilatato adscendente, columellari reflexo breviter dilatato-producto, umbilicum semi-occultante. Operculum?

Diam. maj. 26, min. (ubi gibbus) 23; Alt. 20 mll. : Apert.  $12\frac{1}{2}$  alta.

*Hab.* In Ins. Philippinis (Verreaux).

*Obs.* Specimina 2 prorsus congrua habeo. Affine *C. zebrino* Bens. et tigrino Sowb. : prioris, mihi tantum ex specimine manco et ex icone noti, forsán varietas, sed anfractu ultimo medio valde gibbo, fere ut in *Helice Thersites*, insigne. Affinitas etiam cum *C. (Leptopoma) acutimarginato* patet, et æque jure in *Leptopomate* quam in *Cyclophoro* cum affinibus collocanda.

## HELICINACEA.

Aehnliche Bemerkungen, wie die unter *Cyclostomacea* angegebenen, lassen sich, obwohl in geringerm Maasse, in Betreff der *Helicinaceen*-Gattungen, anwenden. Mit Ausnahme von *Lucidella*, welche eigenthümlich gebaut ist und fast vereinzelt da steht, beruhen die andern drei Gattungen *Trochatella*, *Helicina* und *Alcacia* auf Kennzeichen, welche entweder von wenig Bedeutung oder nichts weniger als constant erscheinen. Anders, glaube ich, verhält es sich mit der folgenden Gattung, welche ich schon längst von *Helicina* unterschied, jetzt aber durch Entdeckung des Deckels förmlich aufzustellen und wie folgt zu diagnosiren mich veranlasst finde.

Nur drei Arten gehören bis jetzt zu dieser Gattung, welche sich vor allen bekannten *Helicinaceen* durch das zusammenhängende Peristom, den tiefen Einschnitt der äussern Lippe, die flügelartige Erweiterung derselben und den eigenthümlich gebauten Deckel bedeutend auszeichnet.

## SCHASICHEILA Shuttl.

*Testa* heliciformis, globoso-conica (epidermide fimbriatim-soluta in lineis spiralibus crebris induta), basi subplanulata, loco umbilici callosa et profunde impressa. *Apertura* semicircularis. *Peristoma* continuum, ad columellam vix leviter emarginatum, superne ad insertionem profunde excisum, margine superiore pone incisionem alæformi-producto. *Operculum* tenui-testaceum, semicirculare, planiusculum, superficiale, extrinsecus costa externe intramarginali elevata circumdatum; *margine interno* (columellari) stricto, intus lamella paululum producta incrassato et subsulcato, utrinque sed præsertim inferne in apiculo producto; *externo* rotundato, acuto.

*Obs.* Nomen ex  $\Sigma\chi\acute{\sigma}\iota\varsigma$ , incisio quæ fit cultro, et  $\chi\epsilon\acute{\iota}\lambda\omicron\varsigma$  labrum.

### Schasicheila alata Menke.

*Testa* globoso-conica, tenuis, creberrime striatula, lineis spiralibus epidermide fuscula soluta hispidulis circumdata, griseo-albida, fuscula vel carneo-rubescens; spira conica, acutiuscula; anfr.  $4\frac{1}{2}$  convexi, ultimus rotundatus, non descendens; sutura mediocris; columella stricta, callo tenui profunde indentata; apertura ampla, plusquam semicircularis; perist. tenue, intus vix incrassatum, expansiusculum, margine dextro pone incisionem modice alæformi-producto. *Operculum* typicum.

Diam. maj. 9, min.  $7\frac{1}{2}$ ; Alt.  $7\frac{1}{2}$  mill.

*Syn.* *Helicina alata* Menke, Pfeiffer in Malac. Zeit. 1848, p. 87.

„ „ Pf. in Chemn. ed. II, p. 43, tab. 5, f. 18—20.

„ „ Pf. Mon. Pneum. p. 368, N<sup>o</sup> 66 (excl. syn.

Morelet).

*Hab.* Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod). Mexico (Cuming).

*Obs.* Specimina ultra 10 examinavi.

### Schasicheila pannucea Morelet.

„*Testa* ovato-depressa, subtus convexiuscula, obtuse carinata, sub epidermide membranacea transversim lamelloso-cornea, levis; anfr. 5, planulati; apertura semilunaris; perist. subincrassatum, acutum, pone suturam emarginatum, callo crassiusculo aperturam integram fingente.“

„Diam. maj. 11, min. 9“ (Morelet).

*Syn.* *Helicina pannucea* Morelet. Test. Nov. p. 21.

*Hab.* San Luis, in provincia Peten, Guatemala.

*Obs.* Species mihi, nisi e descriptione, ignota, sed ex characteribus relatis nullomodo cum præcedente confundenda, a qua differt testa „depressa obtuse carinata“ et dimensionibus.

### **Schasicheila Nicoleti Shuttl.**

Testa depresso globoso-conica, tenuis, striatula, lineis spirali-  
libus epidermide fusca soluta hispidulis circumdata, albida, versus  
apicem rubescens; spira depressa, conica, acutiuscula; anfr.  $4\frac{1}{2}$   
vix convexiusculi, ultimus subtus inflatus, obtuse angulatus, antice  
rotundatus; sutura subcaniculata; columella stricta, callo tenuissi-  
mo extus profunde excavato; apertura ampla, obliqua, exacte semi-  
circularis; perist. intus diffuse-callosum, subincrassatum, expan-  
siusculum, margine dextro pone incisionem valde et flexuose alæ-  
formi-producto. Operculum?

Diam. maj. 16, min. 13; Alt. 12 mill. : Apert. 9 mill. alta.

*Hab.* Cordova, Vera Cruz, cum *S. alata* sed rarius (Jacot-Guil-  
larmod, Comm. Nicolet).

*Obs.* Specimina 2 examinavi. Præcedenti affinior quam *S. alata*,  
sed dimensiones valde alienæ.

### **Trochatella virginea Lea.**

Testa turbinato-globosa, crassa, confertim spiraliter sed irre-  
gulariter et flexuosim lirata, opaca, pallide carneo-albida; spira  
turbinata, mucronata; anfr.  $6\frac{1}{2}$ , supremi vix convexiusculi, penul-  
timus convexus, ultimus rotundatus; apertura perobliqua, lata, sub-  
semicircularis; columella recedens, compressa, excavata; perist.  
campanulato-expansum, intus incrassatum, acutum, margine superiore  
subflexuoso, columellari excavato appresso. Operculum testaceum,  
crassum, intus rufum, extus albidum, margine interno calloso-in-  
crassato, cæterum læve.

Diam. maj. 20, min. 15; Alt. 17 mill.

*Syn. Helicina virginea* Lea Contr. I, p. 162, tab. 19, f. 58.

” ” Sowb. Thes. p. 5, tab. 1, f. 18 (excl.  
tab. 3, f. 114).

*Trochatella virginea* Pf. in Chemn. ed. II, p. 5, tab. 6,  
f. 7 et 8.

” ” Pf. Mon. Pneum. p. 329, N<sup>o</sup> 2 (excl.  
syn. Orb et descr. operculi!).

*Hab.* Haiti (Sallé, misit Cuming).

### **Trochatella opima Shuttl.**

Testa subgloboso-conica, tenuiscula, spiraliter et confertim re-  
gulariter lirata, opaca, carneo-vel flavido-albida; spira acute-conica,  
mucronata; anfr. 6, convexiusculi, ultimus depresso-rotundatus,  
antice dilatato-productus; apertura perobliqua, latissima; columella  
recedens, acute-compressa, extus valde excavata; perist. campanu-  
lato-expansum, intus subincrassatum, acutum, margine superiore

ad insertionem subauriculato demum strictiusculo, columellari dilatato sublibero. Operculum testaceum, crassum, intus rufum, extus album, margine crasso elevato cinctum, in centro tuberculis crassis elevatis flexuosis obsitum.

Diam. maj. 14, min. 11; Alt. 11 mill.

Syn. *Helicina virginea* var. Sowb. Thes. tab. 3, f. 114.

*Trochatella virginea* Pf. Mon. Pneum. p. 329, N<sup>o</sup> 2, quoad descr. operculi!

Hab. Haiti (Sallé).

Obs. Hæc et præcedens, a cl. Pfeiffer commixtæ, characteribus testæ et operculi facillime distinguendæ. Tr. virgineæ, specimina 3, optimæ 2, omnia operculis clausa, ab Am. Cuming accipi, sine dubio a Sallé lecta.

### **Helicina Sandozi Shuttl.**

Testa conico-globosa, tenuiscula, lævigata, vix nitidiuscula, sordide albida; spira conoidea, acutiuscula; anfr. 5½, planiusculi, ultimus rotundatus, basi inflatus, antice subascendens; apertura lunaris, parum obliqua; columella brevis, arcuata, basi in tuberculo dentiformi incrassata, callo tenui effuso; perist. conspicue incrassatum, brevissime expansum, margine dextro flexuoso, basali pone tuberculum obtuse subexciso. Operculum?

Diam. maj. 11, min. 9½; Alt. 9 mill.

Hab. Mexico (Sandoz, comm. Nicolet).

Obs. Species distinctissima, ex incisura peristomatis Alcadias paululum approximans, sed testæ forma, et textura potius forsan *H. turbinatæ* Wieg. affinis, ad exemplaria perpauca descripta.

### **Helicina delicatula Shuttl.**

Testa depresso conico-globosa, tenuis, obsolete et grosse plicatula, sub lente lineolis flexuosis confertissimis eleganter insculpta, vix nitida, albida, fascia unica rubescenti-aurantiaca zonata; spira mediocris, conoidea, acutiuscula; anfr. 5, vix convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus modice descendens; apertura perobliqua, integra, subsemicircularis; columella basi extus indentata, callo crassiusculo parum effuso; perist. tenue, breviter expansum, margine basali in columellam vix angulatim transeunte. Operculum?

Diam. maj. 7½, min. 6; Alt. 5 mill.

Hab. Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod).

Obs. Species pulchella forsan prope *H. Neritella* Lam. collocanda, sed textura et sculptura minutissima ab affinibus distincta. Specimen unicum coram me habeo.

### **Helicina chrysocheila Shuttl.**

Testa depresso subgloboso-conica, solidula, tenuissime striatula, lineisque 3—4 impressis spiralibus remote circumdata, flaves-



centi-albida, nitidiuscula; spira elata, conica; anfr.  $5\frac{1}{2}$ , vix convexiusculi, ultimus sensim descendens, basi planulatus; apertura valde obliqua, subtriangularis; columella simplex; perist. valde calloso-incrassatum, nitidissimum, modice expansum, aurantiacum, margine supero stricto, columellari subito in callo crasso late effuso, saturate aurantiaco, nitidissimo transeunte. Operculum pallidum, corneum.

Diam. maj. 9, min. 8; Alt.  $6\frac{1}{2}$  mill.

*Hab.* Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod).

*Obs.* Specimen unicum adest, *H. Campanula* Pf. forsan consocium.

### **Helicina elata** Shuttl.

Testa turbinata, solidiuscula, sub lente minutissime et confertim striatula, caeterum laevigata, carnescenti-albida; spira conoideo-elata, apice obtusiuscula; anfr. 5, convexiusculi, ultimus non descendens, basi planiusculus; apertura parum obliqua, subsemicircularis; columella brevis, stricta, callo tenuisculo effuso; perist. subincrassatum, brevissime expanso-reflexiusculum, margine basali cum columella rectangulariter conjuncto et quasi abscisso. Operculum?

Diam. maj.  $4\frac{1}{2}$ ; Alt. fere 5 mill.

*Hab.* Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod).

*Obs.* Affinis *H. pygmææ* Pot. et Mich. ex icone, et forsan etiam *H. flavidæ* Menke, sed sculptura et angulo basali satis distincta. Specimina pauca vidi.

### **Helicina cinctella** Shuttl.

Testa subdepreste conoidea, tenuiscula, oblique striata, sub lente lineis spiralibus minutis creberrime circumdata; acute carinata, nitidula, superne flava, supra carinam albidam fascia carnea deliquescente zonata, vel omnino carneo-purpurea, vel flavescenti-albida, subtns pallide flavescens; spira conoidea, subelata, acutiuscula; anfr.  $5\frac{1}{2}$ , convexiusculi, ultimus basi subplanulatus, non descendens; apertura obliqua, subsecuriformis; columella arcuata, simplex, basi extus indentata, callo flavido nitido late effuso; perist. album, subcallosum, breviter expansum, margine basali cum columella continuo. Operculum aurantiacum, corneum.

Diam. maj. 11, min.  $9\frac{1}{2}$ ; Alt. 8 mill.

*Hab.* Cordova, Vera Cruz (Jacot-Guillarmod).

*Obs.* Affinis *H. angulatæ* Sowb. et concentricæ Pf.; specimina 4 vidi.

